rum ſaltem manſuetiores artes diluiſſent ferocitatem tuam,
ta Cimbricis cædibus hebetatos enſes in Patriæ viſcera
tiſſes, nec dignum morte in civibus tuis crimen duxiſſes, poſſe
occidi. Heus et Agrippina, non hominis ſed humani mon-
ſtri Mater. Tunc benè, juſtè, feliciter imperantem fili-
um vidiſſes: ſi inſtrumentum ille et adjumentum ſibi
Philoſophiam, ſed habitam etiam cum modo, eſſe volu-
iſſet! Iam a puerilibus etiam annis vividum, referente
Tacito, animum in alia detorſerat. Cælaba enim ac pin-
gebat, aut regimen equorum exercebat. Indigna, tan-
to nec Christe erant hæc Principe, cui ſedere illud
ſummi Poëtæ in animo debuiſſet

Tu regere Imperio populos Romano memento

Rebus itaque bene ſic ſtantibus, nullus nobis melior quam lite-
ratus est ac manet Princeps: quippe cujus ſplendor reve-
ra in Eruditione, præter veram pietatem ac religio-
nem, conſiſtit: adeò ut ſine hac Reſpublica ſatis felici-
ter exornari non poſſit. Verum enim verò ut literæ
plebejis argenti, Nobilibus auri, ita Principibus gemmarum
ſunt loco, dumque virtuti ſerviunt, magnum illis vel in
comparanda adjumentum vel in parata ornamentum jux-
ta Beſoldum exiſtunt, modò ne ſcholæ illi, ſed vitæ
ex Senecæ præcepto, diſcant; Doctrinam et Eruditio-
nem ad pompam et ſpeciem, vel etiam ad voluptatem,
non vero ad uſum habentes. Euge Boni Principes, pro-
dite nunc in publicæ laudis proſcenium! Vos lumina,
Vos Columina, Orbis Imperantis, gregatim prodite: quot-
quot bonis literis benè exculti, harum ſplendore veſtram
egregiè ornaſtis Rempublicam, quotquot et ad omnia
quæ in vitâ utilia ſunt conſequenda, faculam quaſi ali-
quam è claro literarum lumine accendiſtis, atque civibus
veſtris fideliſſimorum Daduchorum inſtar eam prætu-